

# Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. IX.

**Inhalt:** 62. Litterae Apost. de disciplina Orientalibus conservanda et tuenda. — 63. Quaestiones pro conferentiis pastoralibus 1895. — 64. Erinnerung an die Kirchen- und Pfründen-Vermögensverwaltungen. — 65. Zum Begriffe „Ausdehnung des Pfandrechtes“ in Absicht auf Gebührenerleichterung für Convertirungen. — 66. Die Abhaltung von Treibjagden an Sonn- und Feiertagen. — 67. Außerachtlassung des gesetzlich bestimmten Instanzenzuges in Congrua-Ergänzungssachen. — 68. Concurs-Verlautbarung. — 69. Chronik der Diöcese.

1894.

62.

## LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Orientalium dignitas Ecclesiarum, pervetustis rerum monumentis eisque insignibus commendata, magnam habet toto christiano orbe venerationem et gloriam. Apud illas enim, inita benignissimo Dei consilio humanae redemptionis primordia, celeriter ad ea properavere incrementa, ut laudes apostolatus et martyrii, doctrinae et sanctitatis primo honore floruerint, primam saluberrimorum fructuum laetitiam ediderint. Ex illis autem per ampla beneficiorum vis in ceteros late populos mire profluxit; quum beatissimus Petrus, princeps apostolici ordinis, multiplicem erroris vitiique pravitatem disiecturus, lumen veritatis divinae, evangelium pacis, Christi libertatem in dominam gentium urbem caelesti numine intulit. — At Ecclesiis Orientalibus Romana potissimum, ecclesiarum omnium caput, sane quantum honoris et caritatis inde a memoria apostolica tribuere consuevit et quam fideli obsequio vicissim laetari: easdemque, per varia deinde atque acerba tempora, nequaquam ipsa destitit, providentia et benefactis, a iacturis erigere, devinctas retinere, revocare discordes. Neque ultimum illud fuit vigilantiae officium, ut proprias cuiusque orientalis gentis consuetudines sacrarumque rationes, quas pro potestate et sapientia sua legitimas edixisset, integras in eis per-

petuo custodiret ac tueretur: cuius rei documento multa sunt quae Decessores Pontifices, cum primis Pius IX. fel. rec., vel suis ipsi actis vel per sacrum Consilium christiano nomini propagando prudentissime censuerunt. — Non minore permoti Nos adductique studio, sub ipsa pontificatus initia, ad christianas Orientis nationes oculos peramanter convertimus. Maturavimus quidem conferre curas ad earum allevandas necessitates, aliasque sumus deinceps occasiones nacti actuosae benevolentiae testandae: sed nihil profecto antiquius sanctiusque fuit neque est, quam animis cum Sede Apostolica obstrictis, adeo in eis ardorem excitare et fecunditatem fidei, ut ad maiorum excellentiam et laudem exemplis renovatis nitantur.

Iam licuit aliquot adiumenta Ecclesiis illis afferre. — Collegium hac ipsa in Urbe clericis Armeniis et Maronitis instituendis, itemque Philippopoli et Hadrianopoli pro Bulgaris, condidimus; Athenis Leonianum condendum decrevimus; etiam seminario sanctae Annae, quod Hierosolymae, cleri Graeci Melchitae educendi causa, coeptum est, maiorem in modum favemus. In eo praeterea sumus ut Syrorum numerum in alumnis Collegii Urbaniani augeamus; utque Athanasianum Graecorum ad pristinum restituamus institutum, quod Gregorius XIII,

munificus auctor, sapienter voluit, unde viri extiterunt clarissimi. Plura vero in hoc similique genere experiri Nos atque efficere posse, eo nunc vehementiore voluntate exoptamus, postquam, aspirante Deo, consilium iamdiu meditatam perfecimus appellandi singulari epistola principes et populos universos ad felicem fidei divinae unitatem. Nempe inter christianas gentes calamitose divulsas, primo loco Orientales vocare, adhortari, obsecrare contendimus, quanta maxima potuimus apostolica et paterna caritate. Inchoatam spem quotidie magis foveri periucundum accidit Nobis, certumque est, opus tam salutare enixius insistere; ut, quidquid ex Apostolicae Sedis providentia expectari possit, admodum expleamus, quum submovendis simultatis vel suspicionis causis, tum optimis quibusque reconciliationis praesidiis admovendis. — Praestantissimum id esse existimamus, ad incolumitatem disciplinae Orientalium propriae, cui valde semper tribuimus, animum curasque adiacere. Qua in re iam Nos clericorum ephebeis earum gentium proxime conditis hanc etiam dedimus praescriptionem, dabimus eandem condendis, ut maxima religione ritus colant et observent suos, in eisque cognitionem usumque alumni capiant. Siquidem in rituum orientalium conservatione plus inest quam credi possit momenti. Augusta enim, qua varia ea rituum genera nobilitantur, antiquitas, et praeclaro est ornamento Ecclesiae omni, et fidei catholicae divinam unitatem affirmat. Inde enimvero, dum sua praecipuis Orientis Ecclesiis apostolica origo testatior constat, apparet simul et enitet earumdem cum Romana usque ab exordiis summa coniunctio. Neque aliud fortasse admirabilius est ad *catholicitatis* notam in Ecclesia Dei illustrandam, quam singulare quod ei praebent obsequium dispares caeremoniarum formae nobilesque vetustatis linguae, ex ipsa Apostolorum et Patrum consuetudine nobiliores; fere ad imitationem obsequii lectissimi quod Christo, divino Ecclesiae auctori, exhibitum est nascenti, quum Magi ex variis Orientis plagis devecti *venerunt . . . adorare eum*<sup>1)</sup>. — Quo loco

<sup>1)</sup> Matth. 11, 1—2.

illud apte cadit animadvertisse, quod sacri ritus tametsi per se instituti non sunt ad dogmatum catholicorum evincendam veritatem eadem tamen viva propemodum exprimunt splendideque, declarant. Quapropter vera Christi Ecclesia, sicut magnopere studet ea custodire inviolata quae, utpote divina, immutabilia accepit, ita in usurpandis eorumdem formis nonnunquam concedit novi aliquid vel indulget, in iis praesertim quae cum venerabili antiquitate conveniant. Hoc etiam modo et eius vitae nunquam senescentis proditur vis, et ipsa magnificentius Christi sponsa excellit, quam sanctorum Patrum sapientia veluti adumbratam in effato agnovit davidico: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate . . . in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus*<sup>1)</sup>.

Quoniam igitur haec rei liturgicae disciplinaeque orientalis iure probata varietas, praeter ceteras laudes, in tantum decus utilitatemque Ecclesiae convertitur, eo non minus pertineant muneris Nostri partes oportet, recte ut sit consultum ne quid incommodi imprudenter obrepat ab occidentalibus Evangelii ministris, quos ad eas gentes Christi caritas urgeat. — Rata quidem permanent quae in hoc Benedictus XIV. Decessor Noster illustris, sapienter provideque decrevit per Constitutionem *Demandatam*, in forma epistolae, die datam XXIV. decembris anno MDCCXLIII, ad Patriarcham Antiochenum Graecorum Melchitarum omnesque eiusdem ritus Episcopos eidem Patriarchae subiectos. Verum, aetatis decursu non brevi, novatis per ea loca rerum conditionibus, atque latinis Missionariis Institutisque ibidem multiplicatis, factum est ut peculiare quaedam Apostolicae Sedis curae in eadem causa exposcerentur: quod certe peropportuno fore, crebra per hosce annos occasione Nosmetipsi cognoramus, et desideria aequissima confirmaverant Venerabilium Fratrum in Oriente Patriarcharum, non semel ad Nos delata. Quo autem totius negotii apertius pateret summa, aptioresque providendi rationes definirentur, eosdem

<sup>1)</sup> Ps. XLIV.

Patriarchas haud ita pridem in Urbem advocare placuit, quibuscum communicarem consilia. Tum eos, una cum nonnullis Dilectis Filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus, coram ad deliberandum frequenti congressione habuimus. — Iis autem rebus omnibus, quae communiter propositae et agitatae sunt, meditate perpensis, induximus anum certa quaedam eiusdem Benedictinae Constitutionis praescripta, congruenter novis earum gentium temporibus, explicatiora facere et ampliora. In quo praestando, hoc tamquam principium ex ipsa deprompsimus, sacerdotes nempe Latinos eo tantum consilio ab Apostolica Sede in illas regiones mitti, ut sint Patriarchis et Episcopis *in adiutorium et levamen*; cauto propterea *ne utendo facultatibus sibi concessis, eorum iurisdictioni praeiudicium inferant et numerum subditorum imminuant*<sup>1)</sup>: ex quo perspicuum extat quibus legibus officia eorundem Latinorum ad Hierarchiam Orientalem sint temperanda.

Itaque rerum capita quae sequuntur visa sunt in Domino praescribenda et sancienda, ut facimus, Apostolica fulti auctoritate; iam nunc declarantes velle Nos atque edicere ut eadem Benedictina decreta, quae de Graecis Melchitis primitus data sunt, fideles omnes cuiusvis in Oriente ritus univere attingant.

I. Missionarius quilibet Latinus, e clero saeculari vel regulari, qui orientalem quempiam ad Latinum ritum consilio auxiliove inducat, praeter suspensionem a divinis quam ipso facto incurret, ceterasque poenas per eandem Constitutionem *Demandatam* inflictas, officio suo privetur et excludatur. Quae praescriptio ut certa et firma consistat, exemplar eius patere vulgatum apud Latinorum ecclesias iubemus.

II. Ubi desit proprii ritus sacerdos cui Patriarcha orientalis mandet spirituales suorum administrationem, ibi eorum curam suscipiat Parochus alieni ritus qui easdem atque ipsi species, azymum vel fermentatum, ad consecrandum adhibeat; anteferatur qui eas adhibeat ritu orientali. — Fidelibus autem sit facultas communicandi utrovis ritu, non

eis tantummodo locis ubi nulla ecclesia nec sacerdos sui proprii ritus habeatur, prout a sacro Consilio christiano nomini propagando decretum est die XVIII augusti anno MDCCCXCIII, verum etiam ubi, propter longinquitatem ecclesiae suae, non eam possint, nisi cum gravi incommodo, adire: de quo Ordinarii esto iudicium. Idque fixum resideat, eum qui alieno ritu vel diu communicaverit, non propterea censendum mutasse ritum, sed in ceteris officiis omnibus perseverare Parocho suo addictum.

III. Sodalitates Religiosorum Latinae, quae iuventuti instituendae in Oriente dant operam, si quo in collegio alumnos ritu orientali non paucos numerent, sacerdotem eiusdem ritus, Patriarcha consulto, apud se habeant ipsorum commodo alumnorum, ad missae sacrificium, ad sacram synaxim, ad catechesim patria lingua impertiendam ritusque explicandos; aut saltem diebus dominicis ceterisque de praecepto occurrentibus festis talem sacerdotem arcessant, ea officia praestitutum. Quam ob causam eisdem Sodalitatibus quaevis privilegia, etiam speciali mentione digna, quibus gaudeant ut alumni orientalis ritus, quamdiu in collegiis ipsarum degant, Latinum sequantur, adempta esse omnia edicimus: de ritualibus autem abstinentiis servandis moderatores cum religiosa aequitate videant. — Item alumnis externis prospiciatur: quos ad proprias ipsorum ecclesias seu curias remitti aut perducere oportebit, nisi videatur eos cum internis ad eiusdem ritus officia admittendos.

IV. Eadem praescripta transferenda sunt, quoad fieri possint, ad Religiosarum Sodalitates, puellis educandis in asceteriis scholisque deditas. Quod si qua immutatio per tempora et res opportuna inciderit, ea non ante fiat quam Patriarchae consensus accesserit et venia Apostolicae Sedis.

V. Nova, ritu Latino, iuventutis collegia vel domus Religiosorum utriusvis sexus ne in posterum aperiantur, nisi Apostolica Sede rogata et consentiente.

VI. Presbyteris tum Latinis tum Orientalibus, neque in suis, neque in alieni ritus ecclesiis, fas est quemquam absolvere a casibus qui suis cuiusque Ordinariis sint reservati, nisi facultate ab

<sup>1)</sup> Const. *Demandatam* n. 13.

eisdem permissa: qua in re quodvis privilegium, vel speciali mentione dignum, prorsus revocamus.

VII. Orientalibus qui ritum latinum, etiamsi ex pontificio rescripto, susceperint, revertere ad pristinum, Apostolica Sede exorata, licebit.

VIII. Mulieri latini ritus quae viro nupserit ritus orientalis, aequae ac mulieri orientali quae nupserit latino, integrum erit ut ad ritum viri, ineundo vel durante matrimonio, transeat: matrimonio autem soluto, resumendi proprii ritus libera erit potestas.

IX. Quicumque orientalis, extra patriarchale territorium commorans, sub administratione sit cleri latini, ritui tamen suo permanebit adscriptus; ita ut, nihil diuturnitate aliave causa ulla suffragante, recidat in ditionem Patriarchae, simul ac in eius territorium reverit.

X. Nulli, utriusvis sexus, Ordini vel Instituto religioso latini ritus, quemquam orientalem inter sodales suos fas erit recipere, qui proprii Ordinarii testimoniales litteras non ante exhibuerit.

XI. Si qua ex dissidentibus communitas vel familia vel persona ad catholicam unitatem venerit, conditione velut necessaria interposita amplectendi latini ritus, huic ritui remaneat ea quidem ad tempus adstricta, in eius tamen potestate sit ad nativum ritum catholicum aliquando redire. Si vero eiusmodi conditio non intercesserit, sed ideo ipsa communitas, familia, persona a latinis presbyteris administraretur quia desint orientales, regrediendum ipsi erit ad ritum suum, statim ut sacerdotis orientalis fuerit copia.

XII. Matrimoniales et ecclesiasticae, quaecumque sint causae, de quibus ad Apostolicam Sedem appellatio fiat, nequaquam Delegatis Apostolicis definiendae, nisi aperte ea iusserit, committantur, sed ad sacrum Consilium christiano nomini propagando omnino deferantur.

XIII. Patriarchae Graeco Melchitae iurisdictionem tribuimus in eos quoque fideles eiusdem ritus qui intra fines Turcici Imperii versantur.

Praeter istas peculiare cautiones atque ex iure praescripta, maxime Nos tenet cura, quod supra attigimus, ut condantur opportunioribus in

Oriente locis seminaria, collegia, instituta omne genus, eaque prorsus ad iuvenes incolas ipso ritu patrio formandos in suorum auxilia. Hoc propositum, in quo dici vix potest quanta religioni inhaereat spes, studiose Nos aggredi, prolixisque subsidiis provehere, affluente, ut confidimus, catholicorum ope, deliberatum habemus. Sacerdotum indigenarum operam, quippe et convenientius impensam et cupidius acceptam, multo futuram quam advenarum fructuosiore, paulo fusius est a Nobis monstratum in encyclicis litteris quas dedimus superiore anno de collegiis clericorum in Indiis Orientalibus constituendis. — Ita porro sacrae iuventutis institutioni semel consulto, profecto studiis rei theologicae et biblicae apud Orientales accrescet honos; vigebit linguarum veterum eruditio aequae ac in recentibus sollertia; doctrinae et litterarum census, quo Patres eorum scriptoresque abundant, in commune bonum, largius proficiet: eo demum peroptato exitu, ut sacerdotii catholici emergente doctrina integrique exempli laude prae-lucente, propensius eiusdem matris complexum fratres dissidentes requirant. Tum vero si ordines cleri animos, studia, actionem caritate vere fraternam sociaverint, certe, favente et ducente Deo, dies maturabitur auspiciatissima, qua, occurrentibus omnibus *in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei*, plene ex eo perfecteque *totum corpus compactum, et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate*<sup>1)</sup>. Ea nimirum gloriari unice potest Christi vera esse Ecclesia, in qua aptissime cohaereat *unum corpus et unus spiritus*<sup>2)</sup>.

Haec universa et singula, quaecumque sunt a Nobis decreta, minime dubium quin Venerabiles Fratres Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi quovis orientali ritu catholici, pro ea qua praestant tum in Cathedram Apostolicam et in Nos pietate, tum suarum sollicitudine Ecclesiarum, omni sint reverentia et obtemperatione suscepturi, idque sedulo effecturi ut eorumdem observantia, ab iis quorum

<sup>1)</sup> Eph. IV, 13, 16.

<sup>2)</sup> Ib. 4.

interest, plena consequatur. — Copia vero fructuum, quos inde augurari licet et iure optimo expectare, valde ex opera eorum proveniet qui gerunt personam Nostram per Orientem christianum. Delegatis propterea Apostolicis commendatissimum volumus ut illarum gentium tradita a maioribus instituta honore debito vereantur: Patriarcharum auctoritatem quo par est obsequio colant, colendam curent; atque in officiorum cum eis permutatione, consilium expleant Apostoli: *Honore invicem praevenientes*<sup>1)</sup>: Episcopis, clero et populo studiosum ac benevolentem animum probent; eundem plane spiritum in se referentes, quo Ioannes Apostolus agebatur, quum Apocalypsim dedit *septem ecclesiis quae sunt in Asia*, inscripta salutatione: *Gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est*<sup>2)</sup>: in omnique agendi ratione esse praestent eos, qui vere habentur nuntii digni conciliatoresque sanctae unitatis inter Orientales Ecclesias et Romanam, quae centrum eiusdem est unitatis et caritatis. — Haec ipsa similiter sentiant, similiter peragant, hortatu iussuque Nostro, sacerdotes latini, quotquot in eiusdem regionibus egregios labores obeunt ad sempiternam animorum salutem; religiose in obedientia Romani Pontificis

laborantibus, tunc vero dabit Deus ampla incrementa.

Igitur quaecumque his litteris decernimus, declaramus, sancimus, ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter servari volumus ac mandamus, nec ea notari, in controversiam vocari, infringi posse, ex quavis, licet privilegiata causa, colore et nomine; sed plenarios et integros effectus suos habere, non obstantibus Apostolicis, etiam in generalibus ac provincialibus conciliis editis, constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ac praescriptionibus; quibus omnibus, perinde ac si de verbo ad verbum hisce litteris inserta essent, ad praemissorum effectum, specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. — Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, manuque Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis, eadem habeatur fides quae praesentibus hisce Litteris haberetur ostensis.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo quarto, pridie calendas decembres, Pontificatus Nostri decimo septimo.

<sup>1)</sup> Rom. XII, 10.

<sup>2)</sup> Apoc. I, 4.

A. CARD. **BIANCHI** — C. CARD. **De RVGGIERO**  
PRO-DATARIVS

VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS

Loco ✚ Plumbi.

Reg. in Secret. Brevium.

I. CVGNONI.

63.

### Quaestiones pro conferentiis pastoralibus 1895.

#### I.

Tullia interrogata Crispinae indicavit aliquod medium aptum ad abortum procurandum.

Deinde vero post aliquod tempus ignorans, utrum effectus revera secutus sit necne, confessarium adit eique rem exponit.

Hic vero recordatus, casum hunc in Dioecesi esse reservatum insuperque excommunicationi latae sententiae Ordinariis reservatae esse subjectum (v. Diöcesanblatt 1886. VI. 39. pag. 59.), eo magis dubius haeret, quod nescit, utrum hoc in casu revera adsit peccatum reservatum necne, et quod

neque facultate absolvendi ab hoc peccato neque ab excommunicatione gaudet, si forte etiam haec locum habuit.

Proinde mulierem maximo cum ejus incommodo non absolutam dimittit, injungens illi, ut de secuto vel non secuto effectu medii ab ea indicati prius sciscitetur et re certa demum revertatur ad confessionem.

Quaeritur: Quid judicandum de modo agendi confessarii? potuitne statim absolvere mulierem? Quid si res de effectu secuto etiam postea incerta mansit, eo quod Crispina interim e vivis cessit?

## II.

Cajus ante matrimonium peccavit cum Tullia, sponsae suae Euphrosynae in secundo gradu consanguinea.

Ex ejus cum dicta sponsa matrimonio, nunquam revalidato, numerosa postea secuta est proles, inter quam filius, qui mortuo patre militiae clericali adscribi voluit susceptus tamen non est, eo quod a parcho, qui casu aliquo in impedimenti notitiam venerat, seminarii superioribus nuntiatum est, illum esse illegitimum proindeque irregularem?

Quaeritur: Caji filius, censendusne erat illegitimus? Quae sunt de legitimatione regulae

sive pro foro civili sive pro ecclesiastico? Quid, si matrimonium saltem ex una parte bona fide erat initum?

## III.

Recolligantur et exponantur, quae theologia Moralis et Pastoralis nec non jus canonicum tradunt de sollicitatione ad turpia et de absoluteione complicitis.

(Quaestio haec non erit scripto exaranda, sed tantummodo in conferentiis, accurate tamen et omni sub respectu, tractanda; scil. quoad sacerdotem, quoad poenitentem, quoad modum perficiendi et excipiendi denuntiationem, quoad poenas, et si quid aliud. — Quamobrem ad minus duo in qualibet conferentia designentur, qui rem quam optime praeparare et tradere teneantur.)

## IV.

Fiat brevis ex quatuor s. Evangeliiis descriptio Domini nostri Jesu Christi tamquam curatoris animarum (kot dušnega pastirja), et exinde pia desumantur pro sacerdotibus monita.

## Erinnerung an die Kirchen- und Pfründen-Vermögensverwaltungen.

Das Ordinariat sieht sich veranlaßt, den Kirchen- vorstehungen die genaue Beobachtung der in den §§ 14, 137, 146, 150 und 151 enthaltenen Bestimmungen der Anweisung zur Verwaltung des Kirchen-, Stiftungs- und Pfründen-Vermögens zur genauen Beobachtung in Erinnerung zu bringen.

Insbesondere sind bei einem Wechsel in der Person des Kirchen- und Pfründen-Vorstehers die be-

treffenden Inventarien für gewöhnlich neu zu verfassen, außer es hätte sich in dem Stande und in der Werthung der Inventarial-Gegenstände eine Aenderung seit der früheren Inventars-Aufnahme nicht ergeben. Auch sind die durch Zuwachs oder Abfall eingetretenen Aenderungen in den Inventarien in jedem Jahre genau vorzumerken.

## Zum Begriffe „Ausdehnung des Pfandrechtes“

in Absicht auf Gebührenerleichterung für Convertirungen.

Erkenntniß vom 5. Juni 1894, Z. 2185.

Josef Freiherr v. Doblhoff (Adv. Dr. Schimak) ca. Finanz-Min. (M.-G. Dr. Bar. Lempruch); G. vom 25. October 1893, Z. 25896, puncto Verweigerung einer Gebührenerleichterung aus Anlaß der Convertirung eines Hypothekendarlehens.

„Die angefochtene Entscheidung wird nach § 7 des Ges. vom 22. October 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, aufgehoben.“

Entscheidungsgründe. Anlässlich der Convertirung der auf dem früher dem Rudolf Freiherrn von Doblhoff, nunmehr dem Josef Freiherrn von Doblhoff gehörigen  $\frac{1}{6}$  Antheile der Realitäten G. Z. 1384 und 1383 des Grundbuchs des I. Bezirkes in Wien zu Gunsten der I. österr. Sparcasse simultanhastenden Forderung per 8200 fl., bezw. restlicher 7750 fl. c. s. c. aus dem Schuldscheine ddo. 27. April 1874 und den Cessionen vom 2. December 1875 und 23. Juni 1886 durch Cession an die n. ö. Landes-Hypothekenbank mittelst der Cessionssurkunde ddo. 6. September 1892, wurde die Gewährung der im Gesetze vom 9. März 1889, R.-G.-Bl. Nr. 30, vorgesehenen Gebührenerleichterungen ange sucht, jedoch mit der angefochtenen Entscheidung im Hinblick auf § 2, Z. 3 l. c. verweigert, weil durch die in der Cessionssurkunde erfolgte Bestellung von  $\frac{5}{6}$  Antheilen der Vorbezeichneten Realität als Simultanhypothek für das neue Darlehen eine Pfandrechtsausdehnung stattgefunden habe.

Der B.-G.-Hof war nicht in der Lage, diese Entscheidung als im Gesetze begründet zu erkennen. — Die in Rede stehende Forderung der I. österr. Sparcasse bestand in einer Capitalsforderung per 8200 fl., von welcher zur Zeit der Cession 450 fl. zurückbezahlt waren, dann an Nebensachen aus 5 perc. Zinsen, 5 perc. Zinsezinsen und einer Caution per 230 fl. — In Folge der Convertirung im Cessionswege bestand die cedirte Forderung aus der restlichen Capitalsforderung per 7750 fl. und an Nebensachen

aus bloß 4 perc. Zinsen, dann 230 fl. Caution, wozu an weiteren Nebensachen ein  $\frac{1}{4}$  perc. Regie- und Reservefondsbeitrag, 5 Percent Verzugszinsen und eine Mehr-Caution per 110 fl. neu bestellt wurden.

Während also im Wege der Convertirung ein Percent von der früher bestandenen (5 perc.) Verzinsung, dann die 5 perc. Zinsezinsen entfielen, in welcher Beziehung (sowie hinsichtlich des zurückbezahlten Capitalstheilbetrags per 450 fl.) die I. österr. Sparcasse in der Cessionssurkunde die Löschungsbewilligung ertheilte, wurde für die in der Cessionssurkunde neu übernommene Verpflichtung zur Zahlung eines  $\frac{1}{4}$  perc. Regie- und Reservefondsbeitrages, 5 perc. Verzugszinsen und zur Leistung eines Cautionsmehrbetrages per 110 fl. und zwar nur für diese Verpflichtungen nach der unzweideutigen Bestimmung des Punktes 11 der Cessionssurkunde vom Schuldner das neue Pfandrecht auf seine  $\frac{5}{6}$  Antheile an den vorgedachten Realitäten eingeräumt, indeß zugleich für die Capitalsrestschuld per 7750 fl. sammt den herabgeminderten 4 perc. Zinsen und 230 fl. Caution das bereits für diese Forderungen (in ihrer ursprünglichen Höhe) bestandene Pfandrecht auf dem  $\frac{1}{6}$  Antheile der Realitäten nach dem Eingange der Cessionssurkunde unverändert und ohne irgend welche Ausdehnung aufrecht und fortbestehend blieb.

Der § 2, Z. 3 des bezogenen Gesetzes stellt als Voraussetzung für die Gewährung der Gebührenerleichterungen die Anforderung auf, „daß das Pfandrecht nicht auf andere Hypotheken ausgedehnt werde“. Unter der Ausdehnung eines Pfandrechtes kann aber juristisch und sprachgebräuchlich nur die Bestellung eines weiteren Pfandes für eine bereits pfandreichtlich bedeckte Forderung verstanden werden. — Im vorliegenden Fall besteht die bereits pfandreichtlich bedeckte Forderung in der Capitalsrestforderung per 7750 fl., den 4 perc. Zinsen und der Caution per 230 fl. — Der  $\frac{1}{4}$  perc. Regie- und

Refervefondsbeitrag, die 5 perc. Verzugszinsen und der weitere Cautionsbetrag per 110 fl. sind dagegen Forderungen, welche anlässlich der Cession der bestanden Schuldforderung dem neuen Gläubiger neu eingeräumt worden sind, für welche selbstverständlich ein Pfandrecht nicht bestanden hatte und bezüglich deren also auch von einer Ausdehnung des Pfandrechtes nicht die Rede sein kann.

Der Fall steht demnach so, daß für die bestandene und convertirte Forderung das bereits vorhandene Pfandrecht nicht ausgedehnt wurde und daß für die neu eingeräumte Forderung ein selbständiges neues Pfandrecht bestellt wurde und zwar aus dem

Grunde, weil eben das bereits vorhandene Pfandrecht für die neu entstandenen Forderungen nicht bestellt war und daher auch hinsichtlich derselben nicht wirken konnte. — Der Umstand, daß Regiebeiträge, Verzugszinsen und Cautionen sich als Nebenforderungen zur Capitalsforderung als der Hauptforderung darstellen und als Accessorien das gleiche Schicksal mit der Hauptsache erfahren, kann nicht in Betracht kommen, wenn — wie vorliegend — das für die Hauptforderung eingeräumte Pfandrecht ausdrücklich nur auf bestimmte bezeichnete Nebenforderungen beschränkt, für andere Nebenforderungen aber ebenso ausdrücklich ein besonderes Pfand bestellt ist.

66.

### Die Abhaltung von Treibjagden an Sonn- und Feiertagen

dergestalt, daß eine Störung des Gottesdienstes durch die Jagd selbst ausgeschlossen erscheint, ist gesetzlich nicht untersagt.

Erkenntniß vom 8. Juni 1894, 3. 2244.

Karl Jungwirth (Advocat Dr. v. Sprung) ca. Ackerbau-Min. (M.-B.-S. Graf Beust); E. vom 8. April 1893, 3. 4279, puncto Verbot der Abhaltung von Treibjagden an Sonn- und Feiertagen.

„Die angefochtene Entscheidung wird nach § 7 des Gesetzes vom 22. December 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, aufgehoben.“

Entscheidungsgründe. Das von den Administrativbehörden erlassene und vom Ackerbau-Ministerium in letzter Instanz aufrechterhaltene Verbot zur Abhaltung von Treibjagden an Sonn- und Feiertagen wird auf die Statthaltereikundmachung vom 28. Jänner 1853, steierm. L.-G.-B., II. Abth. Punkt 18, bezw. das Hofkanzleidecret vom 15. December 1808 (Pol. Ges.-Samml. 31. Band, Seite 131) gestützt. — Letztere Verordnung besagt, daß an Sonn- und Feiertagen die Treibjagden auf das Schärfste zu verbieten sind und wird dieses Verbot mit der erwähnten Statth.-Kundmachung neuerlich verlautbart mit dem Zusage, daß auch jede Störung des Gottesdienstes durch die Jagden untersagt ist.

Es unterliegt keinem Zweifel, daß, wie es sich aus der Aufschrift zum Hofkanzlei-Decrete vom 15. De-

cember 1808 ergibt, das besagte Verbot zum Zwecke der Heiligung der Sonn- und Feiertage erlassen worden ist, daß somit lediglich religiöse Rücksichten und keineswegs Interessen der Jagd selbst, sowie des Ackerbaues, wie bei den übrigen Punkten der durch die Statth.-Kundmachung republicirten jagdpolizeilichen Vorschriften diesem Verbote zu Grunde liegen. — Es kann sich daher nur um die Frage handeln, ob die Bestimmung des das fragliche Verbot ausprechenden Hofkanzlei-Decretes bei dem heutigen Stande der Gesetzgebung noch in Anwendung gebracht werden könne?

Diese Frage muß verneint werden. Das Gesetz vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, über die interconcessionellen Verhältnisse der Staatsbürger setzt im Punkt VI Art. 13 jenen Kreis von Unterlassungspflichten fest, welche von dem Einzelnen in Ansehung der Feier- und Festtage mit Rücksicht auf den Gottesdienst zu beobachten sind. Hiernach muß an den Festtagen was immer für einer Kirche oder Religionsgenossenschaft während des Hauptgottesdienstes in der Nähe des Gotteshauses Alles unterlassen werden, was eine Störung oder Beeinträchtigung der Feier zur Folge haben könnte.



Nach dieser Gesetzesbestimmung wird daher eine Treibjagd, sowie jede Jagd während des Hauptgottesdienstes in der Nähe des Gotteshauses allerdings an einem Sonn- und Feiertage nicht stattfinden dürfen, weil dies eine Störung oder Beeinträchtigung der Feier zweifellos herbeiführen müßte, zur Zeit vor oder nach dem Hauptgottesdienste auch in der Nähe des Gotteshauses und zu jeder Zeit nicht in der Nähe des Gotteshauses, dergestalt, daß eine Störung des Gottesdienstes durch die Jagd selbst ausgeschlossen erscheint, ist jedoch die Abhaltung einer Treibjagd nicht untersagt.

Da nach Art. 16 l. c. alle dieser Vorschrift widerstreitenden Bestimmungen der bisherigen Gesetze und Verordnungen, auf welcher Grundlage sie beruhen und in welcher Form sie erlassen sein mögen, auch insoferne sie hier nicht ausdrücklich aufgehoben wurden, fernerhin nicht mehr zur Anwendung zu bringen sind, so steht das durch das Hofdecret vom 15. December 1808 normirte ausnahmslose Verbot der Abhaltung einer Treibjagd an einem Sonn- und Feiertage heute nicht mehr in Geltung und mußte daher die angefochtene Entscheidung, mit welcher die Abhaltung solcher Jagden an Sonn- und Feiertagen überhaupt verboten wurde, aufgehoben werden.

67.

### Außerachtlassung des gesetzlich bestimmten Instanzenzuges in Congrua-Ergänzungssachen.

Erkenntniß vom 12. März 1894, Z. 2301 ex 1853.

Theodor K. . . , griech.-kath. Pfarrer in D. . . , ca. Min. für Cultus und Unterricht; E. vom 18. Septemb. 1889, Z. 18685, puncto Verweigerung der Zuerkennung der erhöhten Dotation für die Zeit seiner Eigenschaft als Hilfspriester in L. . .

„Die angefochtene Entscheidung wird nach § 6 des Gesetzes vom 22. Octob. 1875, R.-G.-B. Nr. 36 ex 1876, wegen mangelhaften Verfahrens aufgehoben.“

**Entscheidungsgründe:** Der vom k. k. Min. für Cultus und Unterricht in der erstatteten Gegenschrist erhobenen Einwendung, daß die Beschwerde nach Ablauf der im § 14 des Ges. vom 22. October 1875, R.-G.-B. Nr. 36 ex 1876, festgesetzten 60tägigen Frist überreicht erscheint, konnte der B.-G.-Hof keine Folge geben. Das Min. für Cultus und Unterricht stützt diese Einwendung lediglich darauf, daß laut des den Acten beigezeichneten Auszuges aus dem Postjournal das Intimat der angefochtenen Entscheidung dem Postamte in Stryj am 13. November 1889 übergeben wurde und schließt daraus, daß dieses Intimat dem Beschwerdeführer unzweifelhaft an einem der nächstfolgenden Tage zugekommen ist. Da jedoch der Beschwerdeführer in der Beschwerde als den Zustel-

lungstag der angefochtenen Entscheidung den 31. Jänner 1893 angibt, in den Verhandlungsacten selbst ein amtlicher Ausweis über die erfolgte Zustellung dieses Intimates an den Beschwerdeführer nicht vorliegt, und auch die auf dem Originalreferate der k. k. Statthalterei Z. 67189 ex 1889, befindliche Bestätigung des Beschwerdeführers ddto. 3. Mai 1890, daß er das seinem Gesuche angeschlossene Moralitätszeugniß ddto. 29. März 1889, Z. 25, behoben hat, noch nicht unbedingt die Schlußfolgerung zuläßt, daß dem Beschwerdeführer die angefochtene Entscheidung schon vor dem 3. Mai 1890 oder mindestens an diesem Tage mit der Gesuchsbeilage eingehändigt wurde, erscheinen die Angaben des Beschwerdeführers in Betreff des Zustellungstages durch die Actenlage nicht widerlegt und war sonach die vorliegende Beschwerde als in offener Frist überreicht anzusehen.

In der Sache selbst beruht die Entscheidung des B.-G.-Hofes auf nachstehenden Erwägungen. Mit dem Erlasse des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 5. October 1882, Zahl 16348, wurde eine Dotation von 210 fl. jährlich aus dem Religionsfonde für den dem L. . . er griech.-

kath. Pfarrer Josef Ž . . . für die Dauer seiner Krankheit beizugebenden Hilfspriester bewilligt und fungirte der Beschwerdeführer dortselbst in dieser Eigenschaft seit dem 15. Jänner 1887 bis zu seiner am 13. December 1888 seitens des Metropolitan-capitels erfolgten Versetzung.

Bereits sub 25. October 1887, Zahl 13349, suchte Beschwerdeführer bei der k. k. Statthalterei um die Erhöhung der Dotation von 210 fl. auf den Betrag von 300 fl. an, doch ist dieses Gesuch laut den Administrativacten seitens der k. k. Statthalterei einer meritorischen Erledigung nicht zugeführt worden. Das vom Beschwerdeführer sodann bei dem k. k. Min. für Cultus und Unterricht direct überreichte Gesuch de praes 18. Mai 1889, Z. 9856, um Zugestehung der erhöhten Congrua für die Zeit vom 15. Jänner 1887 bis 13. December 1888, während welcher er als Hilfspriester in Ž . . . fungirte, wurde mit dem heute in Beschwerde gezogenen Erlasse des k. k. Min. für Cultus und Unterricht der k. k. Statthalterei zur abweislichen Bescheidung des Bittstellers rückgemittelt. Da jedoch diese beiden Gesuche des Beschwerdeführers sich nicht als ein an die Behörde gerichtetes Ansuchen um die allfällige guadenweise Erhöhung der mit dem Erlasse des k. k. Min. für Cultus und Unterricht vom 5. October 1882, Z. 16348, festgesetzten Dotation

von 210 fl. darstellen, sondern Beschwerdeführer vielmehr, wie dies aus seinem an die k. k. Statthalterei gerichteten Gesuche ausdrücklich hervorgeht, mit Rücksicht auf die Bestimmungen des § 2 des Ges. vom 19. April 1885, N.-G.-B. Nr. 47, um die Ergänzung dieser Dotation auf den in Schema I sub V, Z. 4 zu § 2 des cit. Gesetzes festgesetzten Congruabetrag von 300 fl. bittlich geworden ist, hatte die k. k. Statthalterei im Sinne des § 8 der zur Zeit der Ueberreichung der Gesuche geltenden Verordnung vom 2. Juli 1885, N.-G.-B. Nr. 99, vorerst die Erledigung über das auf die Congruaergänzung gestellte Begehren des Beschwerdeführers ergehen zu lassen und stand sodann dem Beschwerdeführer gemäß § 9 dieser Verordnung gegen diese Erledigung der Recurs an das k. k. Min. für Cultus und Unterricht offen. Diesen gesetzlichen Bestimmungen entgegen hat jedoch das k. k. Min. für Cultus und Unterricht über das Begehren des Beschwerdeführers, ohne vorerst eine Entscheidung der k. k. Statthalterei, als der zu einer solchen zuerst berufenen Behörde, zu provociren, sofort meritorisch erkannt und hiedurch den in der obcit. Verordnung bezw. in der Verordnung vom 20. Jänner 1890, N.-G.-B. Nr. 7, bestimmten Instanzenzug außer Acht gelassen.

68.

### Concurs - Verlautbarung.

Die Pfarre Studenec, im Decanate Leskovec, ist durch Todfall in Erledigung gekommen und wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain zu stylisieren.

Peremptorischer Competenztermin 11. Februar 1895.

69.

### Chronik der Diöcese.

Die Pfarre Peče, im Decanate Moravče, wurde dem dortigen Pfarrprovisor, Herrn Johann Lesar, und die Pfarre Vrha, im Decanate Semič, ebenfalls dem Pfarrprovisor dortselbst, Herrn Josef Kramarič verliehen.

Gestorben sind die Herren: Josef Lukaneč, pens. Beneficiat von Lozice, zu Matenja Vas bei Slavina, am 18. November, und Mathias Lavrič, Pfarrer in Studenec, am 13. December 1894. — Dieselben werden dem Gebete des hohen Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 30. December 1894.